

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Historiae ecclesiasticae saeculi ... XVI supplementum

Fecht, Johann

Francofurti et Spirae, 1684

VD17 VD17 3:315948Z

XLIV.

[urn:nbn:de:bsz:31-122751](#)

Inscriptio:

M. Philippo Marpachio, suo ad manus proprias.

XLIV.


Salutem in Domino & Servatore Iesu.

PArum abfuit, quin sine meis ad vos M. Russus proficisceretur, nam neque ipse neque domi nostræ quisquam mihi nunciaverat. Duo sunt autem in Academia, quæ vos scire cupere, qualia sint, intelligo : de Heri apologia quid fiat? & quām præclarè reformemur, hoc sc. novo Decano Tuppo. Apologiam Heri frequente Senatu recitata esse constat, magna cum concertatione Magistratum, inter quos aliquos superesse bonos verisimile est. Qui Nestorianas partes tuentur, tantum non furunt his detectis artibus, quarum ipsi hactenus vel sceleratè consciū fuerunt, vel turpiter ignari. De eventu & de responso, nondum liquet. Sed tamen si nondum desperata sunt omnia, non pessime sperandum est. Heri Conventus fuit Academicorum, ad quem Marbachianæ etiam creaturæ vocatae fuerunt, præstito superioribus diebus Sacramento Scholastico. Caput deliberationis fuit: de redintegrando publicorum numero, & eodem duplicando. Ubi Sturmius jactitavit, sibi potestatem à Senatu factam, constituendarum scholarum ad modum Academicarum epistolarum. Golio Organica professio delata, & extra ordinem Ethica adjuncta, sic ut tribus horis in sua, duabus in extraordinaria lectione per septimanam occupetur. Eadem ratione Planerus & in Physicis & in Organo docere jussus, & Jureconsultus quæsitus etiam, quem adjudicerent. Vuiluismio id muneris seni spoponderunt, verum cum Herus D. Obertum ei præferendum censuisset, ac ipse suam operam offerret, eos fuit omnis ad Scholarcharum arbitrium relata. In hoc convenitu tria ego audivi partim, partim animadverti: quæ mihi de cætero spem bonam confirmant. Unum defensâ Heri innocentia, & notata cæterorum improba studia, cum ab ipso Hero, qui de se modeste graviterque dixit; tum ab Mulhemio, qui suo more & Nestorem & Stuppium exceptit: illum quidem nemine illorum reclamante, ac ne mutiente quidem. Alterum est testimonium de scholis Theologicis, quas nolentes volentes bene constitutas esse fateri sunt eaœcti: ut in eas frustra deinceps vel autoritatem quæsitiuri sint, vel querelas sparsum. Tertium desperatum consilium eorum, de revocando Piscatore: & adjungendo ei Podalyrio. Si enim utrumque hoc, quod supra dixi, Golio mandetur, ac si Tuppo aliquis adjungatur, fassi sint, publicis Scholis nihil amplius deesse. Vide autem mihi: quam haec non Professorum sed professionum combinatio Scholis nostris utilis, Academiæ honotifica, Academicis etiam exemplis consentanea sit, si singularum professionum singuli sint Doctor-

res: lectiones antemeridianas quidem sex nominare possumus: in ista duplicatione quinque tantum habebimus; non enim dicam, quam omnibus hac lyra possit convenire. Hæc ab illis pomposis epistolis maxime distare, qui non vident, ne illi minus nihil vident. Ipsa dies hos homines patescit & confundet. Interim oportet, ut in patientia animas nostras possideamus. D. Illyrico nihil dum responsum erat à Senatu, & premituit eum, quantum videmus, institutæ migrationis. Neque de altero instituto respondet: quod ego non miror, me vobis nulla ratione posse probare, his injectis securibus ab hoste Ecclesiæ, Sathanæ, quarum tamen si vera esset ~~veritas~~, non crederem, tam in impetrando illo altero laborandum esse, quam in perficiendo sudandum. Sunt enim quidam, qui hoc sibi negotii credunt sollem datum, populo ut placeant, quas faciunt fabulas. Sed dicite mihi: quem vos exultatis maximè idoneum visitatorem dari potuisse suburbanis Ecclesiis, & ex Senatus consulto dati; imo quem magis idoneum arbitramini eo, qui datus est, cui neque autum nomen est, neque argenteum, sed nescio quia de cattâ ~~carthaginâ~~? Sed est indignum tanta sapientia, Dn. Flinnerum dignum à nostris hoc munere non habete, hac arte, hac etiam doctrina, hoc rerum usu, his in Ecclesiam meritis. ~~hac ratiōne~~. Dn. Faber nūius tertius in patriam iter instituit & comitem habebens Smitum. Mitto vobis solerti Florologi & eximii Poëtz magnum opus, à Sn editum, ut videatis cum lubet. Chiragra euri Badenæ detinet, ut institutum in patriam iter non queat absolvete. Hæc raptimi, 21. Maii. Salutant vos filiorum & salutandos ego.

Presto

Joh. Pappus.



XLV.

S Valde doleo, literas tuas intercidisse, cum tibi tum nobis, per tabellari perfidiam. Fuerat is Schof hemius, mecum non procul à Friburgo in eodem divisorio, quem viatico donavi, quod in Thuringiam, ad avum numirum sum, quo pridem etiam se contulerat meo consensu (ut cui obstrictus erat) sibi institutam professionem diceret. Fuit ea dies 4. hujus mensis, cum postridie domum ex peregrinatione reverteretur. Convenit ergo tempus ipsius à me discessus, & ad T. p. accessus, ut eundem profis hominem esse colligam, qui tuas accepit. De valerudine tua copiose & diligenter omnia D. Isaacus noster, de que aliis quamplurimis, quæ nos scire expediebat. Filios tuos ad voluntatem & prescriptum tuum egregie comparatos esse video, modisque omnibus autor sim, ne à professione Theologica ministerium ecclesiasticum separaretur. Sic enim rectius juvari schola poterit, & caveri

animos